



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 118. Illius opera ad Ecclesiæ disciplinam spectantia

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sacul. XV.
A. C. 1471.

Sanctorum; Denique de eorum reliquiis,
& de modo, quo in illarum honorem
solemnes institui deberent supplicatio-
nes. Hi sunt tractatus dogmatici hujus
Auctoris.

§. CXVIII.

*Illi opera ad Ecclesiæ disciplinam
spectantia.*

Cetera, quæ composita opera, discipli-
nam respiciunt; hæc inter sunt tra-
ctatus de caufa diversorum eventuum;
de reformatione Ecclesiæ; de potestate
& jurisdictione Papæ; de auctoritate
Conciliorum generalium; de vita & re-
gimine Prælatorum, atque Archidiaco-
norum; de officio Legati; de vita &
statu Canonicorum, Presbyterorum, a-
liorumque Ministrorum Ecclesiæ: Dia-
logus inter Advocatum & Canonicum;
tractatus de vita & regimine Curatorum;
de conversatione honesta Clericorum;
de disciplina scholarium; de vita Nobili-
um; de regimine Principum; duo dia-
logi inter Christum, Principem & Prin-
cipissam; de vita militari; de officio Mer-
catorum & de justo pretio rerum; de
regimine politiæ; de vita conjugatorum;
de vita Virginum; dialogus inter Chri-
stum & Puerum, & alter inter eundem
& senem; de vita & exemplis antiquo-
rum

rum Patrum; Elogium ordinis Carthu- Sæcul. XV.
sianorum; explicatio Regulæ tertii Ordi- A.C. 1471.
nis S. Francisci; de vita solitaria, ejus-
que encomio, ac denique *de vita inclusa-*
rum.

§. CXIX.

Opera ejusdem moralia.

Denique posteriora ejusdem Auctoris opera tractant de morum præceptis; inter quæ numerantur quatuor collectiones sermonum, duæ pro sacerdotalibus, & totidem pro religiosis; item summa virtutum & vitiorum; tractatus contra pluralitatem beneficiorum, contra Simoniam, avaritiam & ambitionem; contra proprietatem Monachorum & contra distractiones in officio divino. Scripsit quoque de modo devote canendi; de modo & ordine correctionis fraternæ; de eremitate peccati; de conversione peccatorum; de arcta via salutis, & de contemptu mundi; Speculum amatorum Mundi; Exhortatorium Novitiorum; de votis & professione religiosa; de mediis tempus utiliter impendendi; Exstant etiam duo libri de vita purgativa; discursus de mortificatione vivificante, & reformatione interna; de fonte luminis, & semitis vitae; de remediis contra tentationes; de discretione spiritum; de

C c 2 passio-